

PRO CONSVL ET CONSULES CIVITATIS SACRAE REGIAE MAIESTATIS LVBLINENSIS.



Universis et singulis, omnium Dignitatum, Officiorum, ac Præminentia, hominibus, Magistratus quosvis, et alia Officia publica gerentibus, præmissa diligentí Officiorum nostrorum Commendatione, notum, testatumque facimus. Quomodo, coram Officio Nostro Consulari Lublinensi, Comparens personaliter, Spectabiles DD. Albertus Nozynski, et Ioannes Staszowski Gives Triumviri Lublinenses, Testes, ex Instantia Ingenui Adolescentis Gasparis Moscicki Artis Stannifusoriae Discipuli; ad perhibendum fidele veritatis testimonium, de Legitimo eiusdem Ortū: de forma Iuris solitā examinati et probati existentes, palū et libere recognoverunt, sibi certō constare, ex probis et Legitimis Parentibus, Patre olim Iosepho Mościcki Give Stannifusore Lublinensi, et Anna superstite, Coniugibus, Vinculo Matrimonij, iuxta ritum et initia sacra Romana Ecclesia, iunctis et copulatis, Progenitum et Procreatum esse, dignumque haberi, ut propter Ortū sui honestatem, decentemque Parentum surum conversationem, in numerum Proborum Virorum suscipiat, ijsdemque cooptetur. Qyæ qvidem Testimonia sua, modo quo supra, deposita, suprati Testes, Iuramentis, per eretionem binorum, versus hydrea Cæli, manus dextræ digitorum, præstitis, compobarunt. Iam verò memoratus Instans, maioris certitudinis et securitatis gratia, eadē Testimonia, Actis nostris inseri, atq; in Forma authentica, eadem sibi extradi petiit, qvod pro æquitate obtinuit. Nos itaq; eundem, uti ex probis et honestis Parentibus progenitum, omnibus apprimè Commendamus præsentibus Literis nostris pro, et cum eo rogantes, ut ab omnibus, pro honesto et Legitimè nato, censeatur, omneque humanitatis et benevolentiae exprimi, possit ac valeat. Adum et Datum, Lublini, in Vigilia SS. Simonis et Iuda Apostolorum, Anno Domini Millesimo, Septingentisimo, Decimo Quinto.

Lucas Dorecki Officii Consulari
Lublinensis Notarius

Ex Prothocollo electorum Officij Consularis Lublinensis exTraditum.



CIVITATIS ACRA REGIA MAGISTRI TRAVELLIMENSIS
PROCUSUAL ET CONSULTE

Geplana Moscopia Aenea 2
Iudiciorum 2 etiam 2
Tributarum 2
Inventarum 2
Tributorum 2

Imca Tropaeum A

